Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26489
Copyright: Admont, Benediktinerstift

priuatorum domos & edes sacras incendis
ti aut hostis Spartacus si tu ciuis? potes autem
esse tu ciuis propter quem aliquando ciui-
tas non fuit? & me exulem tuo nomine
appellas. aut omnes meo discessu exulasse. R
p. putent? nunq̃ ne homo amentissime te
circumspices? nunq̃ ne quidem facias con
siderabis. uel d̃ loquare? Nefas exilium
scelerum esse penam. meumq; illud uer
ob preclarissimas res a me ante gestas esse
susceptum. Omnes scelerati atq; impij quos
tu ciuem esse profiteris quos leges exilio af
fici uolunt. exules sunt & si solum non mu
tarunt. An cum omnes leges te exulem esse
iubeant. non eris tu exul? Non apellatur
inimicus. qui cum telo fuerit ante Senatu
tua uero sica deprehensa est. qui homines
occiderit. plurimos occidisti. qui incendium
fecerit? edes nympharum manu tua defla
grarunt. qui templa occupauerit? in foro
etiam castra posuisti. Sed quid ego comu
[illegible] cogitat dem;